

Oratio Hermolai Barbarizac. f. Legati Veneti. ad Federis
cum Imperatorem: Et Maximilianum Regem Romanorum.
Principes inuitissimos.

Post litterę tuę Sacer Imperator Iocundissimum
Reip. Nostrę Aunciu attulere: Maximilianum celsi-
tudinis tuę filium Principem celeberrimum et fortissi-
mum admirabili populoꝝ et optimatum consensu lectum et salu-
eatum esse Regem Romanorꝝ. Senatus et vniuersa ciuitas noi-
stra non concinta id per Epistolā fecisse congratulatū utriqꝝ
nos misit: Et in mandatis adiecit ut magnitudinē gaudii sui
quod p̄ tanta re merito concepisset non duobus modo robis
Principes inuitissimi: Sed Galliꝝ: sed Germaniꝝ: sed omnibꝝ
gentibus: omnibus nationibus Testatissimam et conspicuam
faceremus: cum quia nihil tam amplum: tam gloriosum sacra-
vissimum Majestati vestre potest contingere quod sibi quoqꝝ pro
sua in rōs obseruantia: fide: benivolentia commune nō putet.
Tum vero marime quia cum christianum nomen et Romanum
Imperium hoc altissimo prouidentię vestre consilio diuinitus
amplificatum sit: hoc tanto et tam cōmuni bono sic afficit vni-
uersa nostra resp. et sollicita sit admodum ne leticiam incredibi-
lem suā oratione consequi valeamus. Quanqꝝ enim Cesar glo-
riosissime ut a te primum incipiam nihil est fere quod vel a na-
tura: vel a virtute: vel a fortuna sit expectandum: quin cumula-
tissime cōsecutus esse videaris: Et iampidem eas res gesseris
artibus pacis et belli: que nomen tuum eternitati commendare
possint: hinc tamen opinione nostra fructum omnis anteactę
vitę tuę maximū cepisti. q̄ filium generosissimum: qui nobilissi-
mas gentes: ferociissimos populos: bellicosissimas nationes nō
minus armis q̄ sapientia viciSET: Regem Romanum te viuo
renunciari permiseris: multa sunt maiorꝝ tuorꝝ Cesar egregia:
cum bellō: tum pace monumēta: quorꝝ persecutio neqꝝ loci: neqꝝ
temporis huius est. sed omnia ea: ut p̄ se magna sunt: et immor-

tali memoria digna ita cum hoc uno tuo facto comparata multo
 reperiuntur esse minora q̄ p̄ se ferunt. Hic gesserunt quidē
 illi rem romanā tam p̄clare: ut nihil addi potuerit. Sed quā-
 diu vicerunt et vtiq; sibi. Tu autem filio tuo ad gubernaculā
 tantarum rerum promoto: posteritati quoq; consulis et plurib;
 in futurum seculis prouides: ratione inuenta: quemadmodum
 curam publicę salutis retinere videaris: etiam post mortem: ra-
 tus id: quod est: imperatoris esse boni: prospicere: ne possit esse
 malus imperator. Principem esse malum: quem vitia successo-
 ris commendent: et bonum: videri faciant. Nam quotus quisq;
 princeps non bonus sit: ad alterum collatus. Congratulat̄ er-
 go tecum sibi et secum tibi princeps eminētissime non resp. mo-
 do nostra: Sed christianus orbis vniuersus: q̄ principem eum:
 quem certatim omnes efflagitabant et tibi facere et sibi habere
 contigerit. Rara et risenda foelicitas tua C̄esar beatissime: fili
 um genuisse: quem Galli: quem Germani: quem Barbari: quem
 Romani: quem populus christianus imperatorem optare te vi-
 vo: te reluctantē non erubescunt. Dici te reluctantem: nam hęc
 tua diue Federice p̄pria laus est: nō minus tibi: q̄ ceteris mo-
 derari. Verebaris audio modestissimus et grauiſſimus Imper-
 rator: ne si precibus populorum: et principum omnium protinus
 annuisses: aut charitati patris in filium ant ambitioni datum
 esse iudicaretur. parum tibi videbatur prestare C̄arem in ali-
 os: nisi aduersus te ipsum quoq; prestitises immo qui clemen-
 tissimus: humanissimus et facilissimus in ceteros: id quod ego
 non fame credo: sed expertus loquor: in te parum equus et duri-
 usculus esse voluisti. Nihil erat apud te fuga voluptatum et cō-
 tinentia: quas virtutes uno te nullus ante te magis commen-
 davit: nisi et paternum affectum: quo nihil esse constat in homi-
 ne potētius: nihil tam legitimū: castigasses et compressisses.
 Nec enim vitium erat in C̄are: liberos suos: qui et ipsi sunt ce-
 fares protinus qui nascuntur: reges esse cupere. quandoquidē
 non magis honestum est Regem vocari q̄ C̄aris esse filium.

Nam patris in filios indulgentia popularis et plausibilis quoque
 solet esse: nedium: ut vel inuidiosa sit: vel probrofa. Nam in Ces-
 fare commendabilis semper fuit: in te vero etiam expertus: qua-
 si debita. Nec iam indulgentie nomen habet: sed iuris et equita-
 tis. Quis enim est filio tuo vel bello vel pace clarior: quem res
 aduersae magis exercuere? Quis prosperis et secundis minus in-
 tumuit: quis in utraque fortuna constantior: in labore pertinacius:
 in remissione diligens ac precinctus. Mitto bellicas virtutes
 que ut in eo prestabiles et eximiae: ita nec temporum sunt omnia
 nec locorum. Atttingantur pacis artes: que semper et ubique sunt
 usui: sapientia: temperantia: placabilitas: innocentia: religio:
 frugalitas: hec in iuuene uno tam preclarae: tam eminentes esse
 perhibentur: ut ne in sene quidem Imperatore maiora desidera-
 ri posse videantur futurae prospers incredibiles nisi eum et Au-
 stria gente celebratissima et filium tuum esse meminissemus.
 Quae cum ita sint immortales tibi gratie prouinciatim: oppida
 tunc habentur: et semper habebuntur Imperator consultissime:
 quod per communem bonum verecundiam: et modestiam tuam expu-
 gnari passus es. Ergo bis te ipsum vici Cesar invictissime.
 Primo cum oblatum filio tuo regnum minime dissimulanter
 auersatus et depicatus es: naturalemque patris in filios pietatem
 virtute plusquam beroica immo diuina quadam mentis et animi
 magnitudine superasti. Secundo cum hanc ipsam virtutem qua
 modo te vicessem: reilitatis publice contemplatio peruerit: et im-
 petrauit a Cesare quod impetrari non potuisset a patre. Sed
 iam dudum inibi Cesar innuit: Maximiliane auguste princeps
 generosissime: ut a se digressus orationem ad te conuertam: ob-
 temperabo lubens atque letus: tum quia laudes tuas pater equum
 ore animoque suas audit. Tum quia per hunc modum Imperio
 senatus et desiderio reipublicae melius et uberiori satisfecero. Ergo ma-
 iestatis tuae nomine apud nos tam celebre semper fuit: ut ad diligendū
 amandum te ppetos: etiam ad coleandū: et obseruandū ipulerit: et hic
 mos reipublicae ppet: atque scis: ppetiosos et in phos tyrannos exitia

Austria gens.
sive ostrictia.

liter odisse: principibus bonis et fortibus non solū sauere sed etiā
obsequi: dignitatem eorum et amplitudinem omnibus modis iuuare:
re: tueri: defendere: cōtate porro nostra nemo de regū: et principū
numero fuerit: quem collidi tecū: et cōparari posse iudicemus.
omnino talis et tatus es apud nos in quo vel plura: vel maiora
quam prē te feras: optare cōmīscī: desiderare pudor sit: ut nemo
mirari debeat: si letīcia immortale: gaudium incredibile: volu-
ptatem incōparabilem: quā te Romano Rege declarato conce-
pimus: Dicendo representare nullo modo possumus. Enītent
ac prēlūcent in uno te: sed iuuene: mirū dictū: virtutes omnes
imperatorię: iusticia: liberalitas: animi magnitudo: clementia:
placabilitas: abstinentia voluptatum omniū: et ut complectar
uno verbo multa: quam immaturum qui te cernimus: tam maturū
imperii te cognoscimus. Peruidit hanc indolis altitudinem Ca-
rolus Rex belgarum: experientissimus belli dux et accertimi vir-
ingenii: qua r̄sq; adeo exarsit: ut nihil prius habere videretur:
et ut unicam sibi filiam virginem magnę spei: foeminam lectis
simam: heredem multarum gentium: nationumq; futurā et om-
nino quam multi reges appeterent: obseruarent: ambirent: tibi
vni ferre puero: nec vro: nec querenti despōnsare posset. vni
de vigesimo autē etatis anno: cum princeps ille cui morū asciscē-
dus gener eras ab leucis et heluetiis intercept⁹ esset: socii tui
regnum a Gallis occupatum: ingressus: parua manu: fulsis: et
trucidatis ingentibus hostiū copiis: seruitute liberasti: vroxē
defuncti ducis. et filiam: fortunatissimas modo foeminas: tum
miseras et exangues. nec plus mero: quam metu confectas: om-
ni diuina et humana spe destitutas ereristi: sublevasti: redemi-
sti: vitam earum et dignitatem et pudicitiam cōseruasti. hoc ma-
ter: hoc prouincte tanto et tam immortali beneficio deuictę viri-
ginem ope tua recreatam: virtute tua defensam: tuis armis ini-
micorum ereptam iniurie: despōnsatam a patre prius animo.
tunc certatim opere tibi collocant: videlicet ut eundem generū
atque virum haberent: quem habebant et assertorem et vindicem.

Virtutes Im-
peratorię.

Carolus Dur
belgarum.

Heluetiis.
Leuci.

Maria Caro-
li filia Mari-
miliano dospo-
sata.

ha eten? rudimenta virtutis et fortitudinis tuę dicimus. Quid illa que mor egisti: q̄ famigerata: q̄ mira: q̄ visenda: nato tibi filio ciuiles orę seditiones sunt Morinorum auctoribus: quoꝝ opera factum est: vt charissimum tibi pignus: nescio quo p̄teſt: reu: custodiendum et asseruandum eriperetur. fuit hoc eoruū nō perfidia: nō defectio princeps gloriosissime: sed fati vis hoc agētis. vt per intestina quoque bella clarior et celebrior fieres. nec enim plus eos amat fortuna. quos indulgenter habet. et quibus parcit: sed quos iactat: quos exerceat: alioquin: clari: nec bello: nec pace duces intelliguntur quibus omnia prospere cedunt: sed quibus contingit per labores: per erumnas: per incōmoda splendescere: nam: vt secundę res foelicem: magnum certe faciunt aduersę. Alexander illum macedonem: sunt qui min⁹ egregium bello ducem fuisse p̄dident: q̄ ei nullius pugnę non secunda fortuna fuerit: q̄q in ipso rerum incremento nūdum vertentem fortunam expertus vita decesserit. In te vero: quem certum syderum decreta sceptro patris: et solio destinauerant.

Quid mirum. si aliqui operaꝝ dederunt: vt tristiora tibi tempora incidenterent: ne aut virtus quiete languesceret: aut parum dignus imperio fuisse videreris: qui omnino futurus essem imperator: itaq; continuos nouem annis in castris agens difficilima quinq; bella proligasti gallicum siue francicum: eburonicum: sicambricum: batauicum: morinicuꝝ. quod quideꝝ postremum haud facile iudicari potest: etra tibi re gloriōsius fuerit: eo ne: q; filium tamdiu tibi ademptum auilsumq; recepisti: an eo: q; nobilissimas gentes scientissimos bellice rei populos: vrbes opulentissimas ad deditioň et poenitentiā compulisti: id quod nec Carolus sacer: nec prosocer Philippus excellētissimi duces: hic bello: ille sapientia consequi potuisse memorantur. Non cogito panegiricum Rer clarissime: Non labore verborū ambitu: nihil amplifico: nihil alleuo: sed decurro per capita: et nudas rerum a te gestarum summas attingo. Mirantur tamē hęc omnes mirantur etiam citra fucum: et negligenter effusa.

Morinorum:
Coniuratio-

Aleota

Aleander me
cedo.

Cōmemoratio
bellorum que
gescit succita
Galli
Eburones
Sicambri
Bataui
Morini
Carolus sacer
Philippus
magnus sacer

plus mirentur si qui te p̄ prius int̄rospicerent: et virtutes eas in
tuerentur: quarum presidiis munitus tot insignes victorias tam
multa belli decora consecutus es: videretur istud os tam p̄
bam: tam facundum: hec tracta de coelo species: ista lacertorum
et pectoris firmitas: hic totius corporis vigor: hec animi tempe-
stivitas: et volucritas: hic imperatorius ardor oculorum: prete-
rea quod ferox in p̄elio: mitis in cōtubernio: effusus aliis: tibi par-
cus. In castris non veste: non mensa p̄cipiuſ. aguntur hys-
mes cum cetero milite sub pellibus: sudantur estates equaliter.
Epule modico: et castrensi cibo contente. Jam quis te solertiſſus
castris locum capiat: commētus expediat: hostem ludificet:
pugnē tempus eligat: aciem instruat: urbes obsidione cingat:
Hieq; vero partes Imperatoris: et optimi ducis implex. militis
nō implex. nullum tibi castrense munus sordet. Non stare pro
signis: non excubias sorte agere. non vallum ferre. non specula/
rum egredi. primus inire p̄elium. postremus excedere. utrumq;
iurta doctus: opere militem et consilio ducem agere: nullaz tibi
vel p̄incipalis fortuna: vel maiestas imperii functionem remit-
tit. nihil tibi parcit. nihil blandiris. indulgentissimus ceteris.
Tibi parum letus: et omnino nihil gregario plus habes: nisi q;
plus laboras: ratus id: quod est: nō tam honorem: quod onus esse
q; regnas. imperatoris hoc esse munus ut opes et magnitudine
suam non ad ambitum: quem priuatum: sed ad salutem et com-
moda reip̄ conuertat. vtq; non imperium sibi: sed seipsum im-
perio deditiū faciat. Sed et illa tibi peculiaria s̄runtur: dilige-
re quidem omnes: Sed amicos etiam diligere: nō oblatos istos
et passim obuios de palestra. de sph̄eritorio. de fritillo. Et quos
ad innocentia: patientia: continentia: ad algores: ad estus ad
opera militaria sepius exploraueris. Nec enim amici sunt quicunq;
vos sequuntur (alioquin tam multi q; sunt: ut plutarchus in-
quit: in culina musce): que cum ipso nido cōfūunt: et recedunt.
Sed quos amicitia dignos esse iudicaueritis: eos debetis vos
vltro sequi. Itaq; cum iis: qui se tibi aliquando virtute commē

Laus a bonis
externis.

Coaceruatio
laudum a bo-
nis animi et
ab iis q; max-
ime decet im-
peratorem.

Laus ab ami-
cis.

Plutarchus.

dauissent: consuetudine delectassent: utilitate demeruissent: in
 omnia familiaritatis officia descendis et Cesarem oblinisceris
 ut amicum prestare possis. Neque vero postremum inter laudes
 tuas posuerim: quod litteras et ingenia: sicut audio: tam impense di-
 ligis: quodque bonas artis non soucas modo: sed alis atque promoues.
 Imperiorum et hoc decus: cum quod in nullo plus emicat hic ni-
 tor et hoc lumen doctrinæ quod in regibus. Unde natum sit illud
 et Homero Platonis interpretatione: discipulos deorum non ali-
 os esse quam reges: tum vero marime: quod precepta sapientie non ha-
 bentibus modo promouunt: sed in alios (etiam fere dicerim plus) re-
 dundat. Quis ignorat Anaragoram in periculis Platonem in dioecesis
 multos instituisse: non nauigasset ab exercitu Cato rhodon:
 ut Athéodorus audiret. Nec Panetius Scipio videre concupisset:
 nisi tantum in ea re vel ornameti vel fructu in esse iudicauissent.
 Pretereo multa prudens atque conscientius: nihil me fugit quod religio-
 se: quodque innocenter: qua sancte iuuentutem tuam exiges patet om-
 nibus obsequentiori te patri filium: nec esse nec fuisse quemque
 scio quodque preclare quodque magnifice cogitationes tuas sint omnes. Non
 ignoro: que pridem vota conceperis: nuncuparisque digna prin-
 cipe christiano: digna maioribus tuis: digna Cesare: digna te-
 ipso. Hę virtutes ille tuas sunt Imperiorum vnitate: propter quas du-
 cem suum te bellicissima terrę Gallię pars belge non modo non
 dedignantur adueniā et germanum: quibus alioquin tam sunt
 insensi: quodque primi: lingua: coelo: moribusque disiuncti: sed appe-
 tunt. ut in indigenā venerantur: ut principes diligunt: ut parentem

Hę ingentia tua merita: propter que Federicus pater innocē-
 tissimus et grauiissimus Imperator adduci: persuaderique potuit:
 ut te Regem Romanum se viuo renunciari pateret. Ac differebat
 quidem ille primū et tunc tabat: simul ut verecundia: et modestia
 sua: quocadmodū prediximus ab omni labore suspicionis asseret.
 simul ut exploraret: assentarentur ne patri: qui pro filio tam enite-
 borarent. An consultū saluti sue rellement. Sed exemplo patuit
 acclamations illas: atque preces: non adulatiū voces fuisse: sed

Laus doctri-
na.

Homerus.
Plato.

Anaragoras.
Pericles.

Plato.

Dion.

Cato.

Athèodorus.

Scipio.

Panetius.

Laus ab inspi-
ritu vite.

Laus ab ar-
canis cogita-
tionibus. atque
votis.

Laus a subiec-
tis.

Laus a patris
iudicio.

studentiū. Nā adulatio semel elisa p̄tinus frangit atq; langue
scit. Studia quo plus arcentur: eo magis gliscunt et exardescunt.
Quanto nunc diue federice gaudio perfunderis: q̄ filius tu?
te incolumi placere potest Imperator: q̄z iocundū tibi q̄ te com
parari filio tuo sentis! Et quoniā cōtrouersa res videt: modo
vincis: modo vinceris. Ceterq; quid puidētia tua dignius: am
plitudini glorioſius: clementiꝝ: pietati: felicitati cōuenientius
facere potuſſes q̄z vti: quem ex vtilitate publica fuit ut genuiſ
ſes: eidē quoq; per patrem et decus et nomē Imperatoris acce
ſceret. Macte ingenti vtroq; in remp. merito: etiā ſi difficile p
cipit ut inquit ille pulchrius et honestius fuerit: genuiſſe talem
an cooptasse: Nō multo minor tamē vſtra laus Germani prin
cipes integerrimi: quoq; ius id est: Regem Romanū mor futurū
Imperatori: eligere. Nec enim poſſunt nō optimi cenſeri: qui
principes ſibi optimos pſpiciūt: Proinde cum talis et tāt̄ eſſet
is quē legiſtis ut et omnibus anteponi meruerit et ab omnibus:
ſcītote vos vtrūq; cumulatissime me cōſecutos fuifſe: et vt gra
tie vobis ab omnib; immortales: et incredibiles haberent: et ve
nomē vestrū: eternitati cōmēdatū et cōſecratū eſſet. Etenim no
mine Vitelli vel othonis ſubinde admoneremur eorum qui fa
ces illas atq; peſtes ad diſſipādum et incessendum orbem intu
liſſent. ita hec optimi principis electio nunq; memorie hominū
ſine vobis recurret: quotiensq; posteri reſtri res ab illo fortiter
geſtas incogniſcent: totiens laudabunt qui talem imperio pre
fecerint. Sed redeamus vnde nos contemplatio patria et eoruſ
qui te legerunt abdurit. Magna per ſe res erat omnibus pun
ctis omnibus ſuffragiis et re ita dicam) tributim centuriatim
q; declaratum eſſe Regem Romanorum. Sed fecit occasio ma
iorē. Ea ſunt enī reip. christiane tēpora iſ habit⁹ Imperii: ve
nō tā ſpeciosū ſuerit te Regē creari: q̄z neceſſariū: nec ad futura
mō: ſ; ad pſentia reꝝ momēta ſalutare: omittō ſigillatī enumera
rare publicas clades: omittō p̄cēſere q̄z lurata: quā cōuulſa ſint
via religiōis xp̄iane mēbra: omittō bella: qbus imperiū hoc di

Laus ab lecto
ribus.

Vitelli. otho.

Laus ab ipſa
re et ab occaſio
ne p imperio.
et rechristiana

stringitur. Sit enim piaculum in tam festa presentium gaudiorum luce miseri tristia. illud sine periculo violatę publicę leticię dicet: hoc: quod principes Germani de creando te sibi rege cogitauerunt: non tam consiliū fuisse: q̄z remediū. ergo non ad otium: non ad remissionem: non ad quietem (alioquin tibi debita post tam multos labores) sed ad nouas expeditiones: noua bella: nouas difficultates: imperiū tibi traditur. omninoq; per hoc non solatium tibi: sed aliis queritur. n̄ib; enim aliud cogitasse video summos viros qui te patri tuo principi nobilissimo: sed annoq; pleno secum addidere q̄z vt ille cōsilio remptu laboribus et operibus adiuware posses. Quid illud q̄z gloriosum tibi: q̄z letum patri: q̄z omnibus in tempore: vt regē decerni tunc demum te continget: cum opem tuā non imperiū: sed Imperator: nec imperator: sed pater exspectatus esse videatur. Accedit hoc ad cumulū amplitudinis et fortunę tuę Rer. p̄fstantissime: vt qui filium infantem et penitissimis hostium mūnimentis eripuisses: apud eundē patris quoq; recreati gloria staret. Quos omnino legimus cognomento pios fuisse: nec argumentum ignorat: unde sic appellari meruerint. In te posteritas ambiget. vter euentus hoc nomen tibi conciliauerit q̄ pius in parentē an q̄ pius in filium apparueris. sed iam tempus est vt rela retraham neu longius me q̄z volo aut q̄z partes legati sunt laudū restrarū splendore: numero: magnitudine detineri patiar. Quāobrem si nihil est in rebus humanis principe Romano maius et augustius: si talis et tantus est filius tuus Cesar: vt ab omnibus legi debuerit et omnibus: deniq; si nihil vel nobilius ad gloriam vel certius ad salutem excogitari poterat q̄z vt ille rempt. difficillimo tempore capesseret: nemini mirum videri debet si quod per initia testatus sum: ad huius magnitudinem letitię nullius hominis facundia: nullius via ingeni peruenire potest. Sed hęc translaticia sunt: cōmunia sunt omnibus. Ille peculiares Veneto causę: q̄ neq; gens est villa: neq; natio (absit verbo inuidia) cuius vel plura vel maiora et

Laus a tēpo/
re occasione q̄
p: o patre.

Metel. pius.
Antoni. pius.

Perorationis
apparatus.

in christianam remp. cuius vos caput estis: et in Romanum imperium argumenta benivolentie: fidei: pietatis apparent. Non auderem ista profiteri Cesar optime: nisi et vera esse constaret. et tu vera libenter audires: alioquin sciebam scelus esse coram te parum certa dicere ne dum falsa. Sunt et illa nobis propria Maximiliane Rer fortissime quod clarissimum nomen austriæ familiæ: qua nulla fuit vniq; regum imperatorumq; foecudior: religiosum et venerabile semper habuimus. Quod Federico patri tuo principi saluberrimo quocumq; se res tulerunt enire studiis quibuscunq; eum locis et temporibus singulari significatione voluntatis et obseruantie persecuti sumus. quod ipsum te semper a teneris vnguiculis inductione quadam animi non occulta impensisimne coluimus auctoritati tuae fauimus: amplitudinem quatum vires fuere defendimus. Jam qui principibus lusitanis nobilissimis et fortissimis: unde maternum tibi genus est: qui socero tuo Carolo duci generosissimo! Qui philippo eius patri sapientissimo principi cariores vniq; fuere quod Veneti! Tot modis copulati cum sublimitate vestra sumus tam multiplici nervi vincit ut qui hec non videt nihil omnino videat. quod plus desiderat nihil omnino desiderat: gratulatur ergo prouersus i vobis sibi: et in se robis senatus et rniuersa ciuitas nostra non quodcum fecere: sed quantum nulli: nec quantum dici vel cogitari potest: sed quantum nec dici nec cogitari fas est: et quoniam ambo ros celeberrimi principes hinc pater: inde filii: ita mutuo creuistis: et neque tu maior neque tu foelior: else possis. Reliquum est ut deum optimum maximum conditorem huius: et seruatos rem imperii publica vice cōp̄recer et obtester. ut quādo re Romanam principū duorum patris et filii huius maturitate senioris illius virtute iuuenis florētissimā esse voluit: beneficio suo faciat: pietatemq; suā: et voluptatē cōseruandi per optimos principes generis humani: sanciat: et perpetua esse iubeat. Postremo ut illustrissimum ducem nostrū et inclytā remp. incolumitatis et glorie restet cupidissimam: que te Cesar semper et patre et pīm

Venetorum laus

Austria gene.

Federicus. iii.

Principes Lusitanie.

Carolus.

philippus.

cipem christiane religionis agnouit: coluit: et susperit sacrosan-
cte maiestati tue quanta marima possumus veneratione: reli-
gione: deuotione cōmendem⁹: opes nostras omnis atq; vires
ad ornamentum et incrementum imperii dignitatem et amplitu-
dinem sacratissimi nominis vestri: promptas: expositas: et dica-
tas esse doceamus.

Dixi.

Acta. iii. Aonas Augusti ad Brugas: sive Gesoriacū. M. ccc.
lxxvi.

Hermolaus barbarus. L. carondeleto supremo Regis Roma-
ni secretario. S. p. D. Orationem a me nudius quartus habi-
tam ad principes: amplitudini tue mitto recognoscendam ca-
stigandamq; Quamq; enim mei moris esset: nihil vñq; teme-
re: nihil non diu conditum atq; pressum emittere: cum primū
tamen desiderari eam a te subodoratus sum: intuli mihi vim et
peruici tādem: ut instituto meo decederem ratus id: quod erat
minus esse malum: adire periculum fame: q; moram desiderio
tuo facere. Queris vnde tanti sis apud me: quem ne de facie q'
dem nouim. perspecte sunt omnibus: eruditio: fides: integralis
tua. Compertum nobis est: quantum Veneti nominis studio:
sus sis: exploratum habeo: quantū me diligas parū merentem.
Quātū orationē et actionem meā cōmēdes. Sed heus tu docte
vir: obſcero ne mirere: si qua leges in hoc libello: que tunc dicta
non fuerunt. Nec enim addidi nūc ea: Sed detraxi tūc: admo-
nit⁹ ab Alulicis erteplō q; limē attigi ne lōgus essem ambitiosa
reciderē: optima queq; dicerē: paciētissimis oīo sed occupatissi-
mis tñ principib⁹ parcerē: āputauit subito cōſilio multa quāq;
qd pōt cōſilio fuisse si subitū: ea que tūc reſecui: modo sunt an-
nera. vtcūq; veter⁹ exēplō facim⁹: quos. S. Quintiliano teste co-
stat lōge aliter scripsisse q; egisset. erulati massilie. A. miloni q
dā orationē. M. Tullii nō quā hūisset. p eo sed quā scripſisset

f. Quintilian⁹
E. Milo.
M. Tullius.

attulit. Tunc ille si sic egisses inquit Marce Lulli non esitaret
massilię barbatos pisces Milo. Ceterum non dubito quin nisi
te amor fallat ut audiendo tunc: ita nunc legendo non parum
multa tibi displicitura sint. Sed equum te queso nobis et cogni-
torem et iudicem prebe considerans hoc et extimans q̄ sesquibus
ram anteq; p̄incipes adiremus significatū nobis fuerit in du-
as orationes seorsum ut cogitabamus atq; paraueramus: sed
vnam duobus functim habendam et recitandam esse. plena dif-
ficultatis: plena discriminis res erat. Tota mibi ratio dicendi
puncto temporis immutanda fuit. orationis vniuersē filum re-
terui: atq; vt breui rem complectar: et cutis et facies ipsa prossus
interpolata est. Vale decus nostrum: et me principi nobilissi-
mo: cuius es inter eos: qui sunt a secretis: merito supremus: co-
mendatissimum rogo facias. vtinam aliquādo tanti sim ut res
ab illo fortiter et magnifice gestas posteritati commendare pos-
sim. Nam facturus sum id libetēr q; qui maxime desideret. Ex
Brugis. pridie nonas augusti. M. cccc. lxxvi.

Ine
1256

